



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergae, 1583**

**VD16 ZV 20638**

De affectibus.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

et eius iusticia & iudicium agnoscantur. Ideo  
veritas verbum facit ad paenam, impium ordi-  
nat ad diem malum. Concio est de prouidentia,  
& de paenit, quas affirmat secuturas esse, etiam si  
impi aliquanti per florent permittente Deo.

Postquam argumenta præcipua de necessitate  
et explicata sunt, fideliter moneo Lectores, ut,  
cum mandatum Dei sit, amplecti veritatem, &  
sugere falsas opiniones, iuxta illud: Non dicas  
falsum testimonium, detestentur petulantia de-  
fendantium absurdas opiniones, ut sunt Stoici fu-  
riles de necessitate, præsertim cum contumelio-  
sint aduersus Deum, & perniciosi moribus.

### De affectibus.

Vilis est doctrina de affectibus. Primum, ut  
scrimen virtutum & affectuum cognoscatur.  
Deinde, ut fontes considerentur bonorum et ma-  
lorum affectuum. Tertio, ut Stoici errores refa-  
tentur, qui saepè in Ecclesia magnos tumultus ex-  
citaverunt. Nam & olim multi fanatici homines,  
& Anabaptistæ his proximis annis omnes affe-  
ctus tolli voluerunt penè ut Stoici. Primum au-  
tem sedes consideranda est, videlicet anima homi-  
nis, ac postea distribuenda potentia, & vidē-  
tum, quæ sint singularum potentiarum propria  
vzana & propriæ actiones. Hanc totam do-

E +

Erinans

Utrinam necessariam in omni vita, notissimam  
esse omnibus oportet. Deinde postquam dicimus,  
affectus esse appetitiones, distribuendi sunt gra-  
dus appetitionum.

Est autem usitata distributio triplex: Ap-  
petitus naturalis, sensuum & rationalis. Natura-  
lem vocant appetitionem cibi & potus, quae est  
suctio venarum, unde in orificio ventri ulti dolor  
eritur, quo insititur fames. Deinde sensuum appeti-  
tio duplex est: aut propria tactus, qua est in mem-  
bris toto corpore sparsis, videlicet, delectatio &  
dolor. Alij sunt motus sequentes cognitionem &  
propriè sunt in corde, ut lætitia, tristitia, ira,  
amare, odire, &c. timere, sperare. Ultimus gra-  
dus, est appetitio voluntatis. Nam in voluntate  
ut in corde, persequitio est, aut fuga, & quedam  
est copulatio cordis & voluntatis. Cum autem  
de affectibus bonis, aut vitiosis loquimur, non di-  
cimus de famis & de siti, nec de his qui propriè  
sunt: sed de aliis. Nam hi sunt naturales propriè-  
tates & conditæ in natura, nec reguntur consilio,  
aut voluntate, ut in laceratione nerorum dole-  
re neceſſe est, nec tolli potest hic dolor consilio,  
aut voluntate.

Sed de alio quodam genere disputatio est, ut  
delicet de affectibus, qui propriè sunt in corde  
aut voluntate, ut de metu, spe, amore, odio, læti-  
zia, mæstria, misericordia, ira, &c. De his defini-

**PHILOS. MORAL.**

*Virtus & habens. b. afflant*  
notenenda est: Affectus est motus in corde  
nec voluntate, sequens cognitionem, quo pro-  
sequimur, aut fugimus rem oblatam, & quem-  
cumque alium affectum comitatur ad extre-  
mum in corde læticia, vel tristitia. Sunt igitur  
principiū & ultimi omnium affectuum, læti-  
tia, que alit vitam in corde, & mœstia, quæ ex-  
inguit vitam. Hæc ita diuinitus condita sunt.  
Sunt enim in corde villi, qui astringuntur mœstia-  
e & fit a refactio nativi humoris, & extinctio  
spirituum. Econtra in læticia laxantur villi, &  
eguntur spiritus copiosiores & lucidiores. Est  
autem vita proximum alimentum spiritus, qui  
est sanguineus halitus, quem ex sanguine cor giv-  
at arcana vi, diuinitus sic insita homini.

Sunt autem diversi motus cordis, laxatio &  
restrictio, quæ efficit pulsum arteriarum. Deinde  
morbus, qui vocatur palpitatio. Sed affectus est  
tertium genus, à prioribus distinctum. Et rectè  
dicit Galenus, etiam affectus esse naturales mo-  
tus cordis, sed ita si sint mediocres. Postquam tra-  
duci definitionem affectuum, & sedem ostendi,  
iam breuiter refutemus Stoica deliramenta. Er-  
rant autem tripliciter. Primum, dicunt omnes  
affectus opiniones esse. Secundo, dicunt omnes  
affectus vitiosos esse. Tertio, dicunt ex natura  
villendos esse, & posse tolli.

An affectus sunt opiniones.

Brevis et perspicua demonstratio est affectum  
non esse opiniones.

Quaecunq; subiectis differunt, realiter diffe-  
rentur, id est, sunt res diuersae.  
*in corde.*

*Opino et affectus differunt subiectis.*

Ergo sunt res diuersae.

Mixta est notissima, quia opiniones sunt in  
parte cognoscente, ad quam periret cerebrum.  
Affectus autem in corde esse manifestum est. Sed  
præcedit cognitio, seu opinio, quæ alias vera est,  
alias falsa. Sicut Solon audiens falsam narratio-  
nem de morte filij, dolore afficitur, & rursus co-  
gnita falsitate, deponit dolorem. Talis enim na-  
tura cordis est, ut moueatur re monstrata per  
cognitionem, seu vero seu falso, unde dicitur:  
*Ignorin nulla cupido: sed tamen alia res est no-  
tior, alia affectus. Sicut alia res est visus, alia  
incendium amoris in corde.*

## DE SECUNDA QUÆSTIONE.

Non omnes affectus suo genere seu per se ri-  
ciosi sunt: Sed aliqui sunt boni, qui et in natura  
integra fuissent, et erunt in beata, et sunt in  
confirmatione Angelis, ut sequentia testimonia ostendent. Ac  
*Pratice  
a laiffia  
autr.* primum de homine loquamur. Lex divina praes-